



ΣΤΝ ΘΕΓ
Ex

D E V T E R O N O M I O
Disputatio IX.

- I. De Magistratibus politicis.
II. De quibusdam speciebus idolatriæ.
III. De Vero & Magno Prophetæ.

Ex 16. Ex 17. Ex 18. capp. Deut.

Ad cuius Thematæ

In Illustri Academia Wittenbergensi
P R A E S I D E

V V O L F G A N G O F R A N Z I O
S.S.Theol. D. & Prof. publ. Præpo-
sito itidem templi arcis

Respondebit


H E R M A N N U S V B E R M E I E R U S ,
Hannoveranus Saxo.

Die 26. Martij in templo arcis Electoralis horis pomerid:

conspicere in libris publicis etiam in scriptis
tempore Trieri anno 1650. libri II

WITTEBERGÆ

Typis Cratonianis, per Joh. Gorman.
M. D C. VIII.



Amplissimis, consultissimis,
spectatissimis, pietate, eruditione, omni-
umque virtutum splendore clarissimis,

Dominis Consulibus,
BERNHARDO HOMEISTERO
ERICO REICHEN.

NEC NON

Dn. CONRADO BUNTINGIO
J. U. D. Syndico prudentissimo,
Totiq; ordini Senatorio inclytæ Rei.
pub. Hannoveranæ.

Dominis Mecenatibus, patronis, & promo-
toribus suis, omni animi observantia
colendis,

In debita reverentia & gratitudinis *πεμψεισι*,
Hanc disputationem Theologicam.



Consecrat & offert
Hermannus Vbermejerus Han-
noveranus Saxo.

Συνθ Θεῶ.

THE SIS I.

N fine capituli 16. Deut: miscetur
mentio inferiorū magistratū politicarum per
omnes portas seu urbes constituerorum, qui
sint Legum custodes, justitiae sacerdotes, &
juris administratores: & adduntur aliquot
eorumdem conditiones.

Ex Epilogo capiti 16. Deut.

II. *Conditiones & requisita magistratum, ex Exod. 18. 21.
Deut. 1. 13. & 16. 18.* possunt includi titulis quatuor, ut sint for-
tes, imitantes D E U M, veraces, execrantes avaritiam.

Requisita bonorum magistratum

III. *Fortitudo* ignavie, vel effeminitae mollicitie, ut etiam
tyrannicae crudelitati & superbissimae dominationi, Neh: 5.
15. Hiob. 31. 13. opposita, requiritur in magistratu, adversus
minas, contumaciam, invidiam & potentiam, ut etiam adver-
sus ploratum & miseriam contendentium. *Malè enim Pilatus* in gratiam Iudeorum condemnabat C H R I S T V M,
Matth. 27. 26. *malè Cyrus pauperi tunicam longam hominis*
brevioris adjudicabat, apud Xenoph.

Fortitudo.

IV. *Sicut autem in gratiam divitii jus perverti non debet.*
Exod. 23. 8. ita pauperem non decet honorare in causa sua
propter paupertatem, ibid: 3.

V. *A sciliceti damnata est crudelitas* Deut. 25. 3. ita maledi-
cta est quædam misericordia, de qua Ier: 43. 10. *Maledictus,*
qui facit opus I E H O V A E fraudulentem, & maledictus qui pro-
hibet gladium suum à sanguine. propriè enim de executione,
non de laboribus officii cuiusq; in genere, ibidem agitur: si-
cet aliquo modo ad labores officii cuiusq; urgendos adaptari
queat.

*Damnata qua-
dam misericor-
dia.*

Timor Dei.

Quae capita iudicis in dirimendis controversijs strictè & unice sibi proposita in tueri debent.

Veracitas.

*Melius est mille
nocentes dimittere,
quam unum
innocentem occidere : illos potest
us solet judicare
D O M I N U S ,
ne impunè habeant,
busc injuryia
illata quo pacto
abferetur.*

Autolægumen.

V I. *Timor D E I , religionis omnis contemptus aut superstitionum impiarum idololatricarum & mulationi , oppositus , cumq; vera intelligentia veri juris & veræ sapientiæ judicandi conjunctus , Deut. 4.6 & seqq. requiritur in magistratu , ut in omnibus sententijs ferendis ante omnia verbum D E I , deinde Leges Reipub. Scriptas , cum verbo D E I non pugnantibus , sibi proponat , & omnia ad verbum D E I , & ad æquitatem pro personarum , factorum , locorum , temporum & circumstantiarum aliarum varietate examinet , ac rem ita decidat , ut gloriam D E I , Scholarum & Ecclesiæ augmentum , & publicæ tranquillitatis emolumentum promoveat , Non enim hominis , sed D E I personâ sustinet judex & magistratus . 2. Par. 19. 6. 7. inquit Iosaphat .*

V II. *Veracitas requiritur : ne judicet ex suspicione , rumoribus , fabulis , calumnias , falsis delationibus invidorum & potentiorum , nec estimet caussam ex lenocinijs & præstigijs rabularum , ex privatis affectibus , ex non sufficientibus inquisitionibus , nondum auditâ utrâq; parte , nondum satis convicto , nec confessio reo , id quod vergeret contra sapientissimum exemplum D E I in paradiſo , & apud turrem Babyloniam , item Iosua 7. 1. Reg. 3. 28. Act. 25. 16. deinde ut judicata sine inconstancia & versutia exequatur , nec obstat quò minus ea planè evanescant , aut diutissimè protrahantur .*

VIII. *Talia venim facientes abominabiles sunt D O M I N O , Prov. 17. qui convertunt judicium in absynthium , patiuntur à rabulis descripa pauperes , extenuari divites , unde terra clamat ad D O M I N U M Hiob. 31. 38.*

IX. *Avaritiae odium requiritur , ne pauperum cauſas justas pervertat , viduas , orphanos , peregrinos despiciat , cives expilat , Num. 16. 15. 1. Sam. 12. 3.*

X. *Sed videamus etiam , quales scriptura nolit ingredi in Ecclesiam , hoc est , quales ab officio judicium & magistratum*

um arceri velit, id quod facit Deut. 23. unde pleniusq; quoq;
requisita bonorum magistratum innotescunt.

XI. Ac diligenter iniitio excutienda est phrasis illo in loco usurpata (ingredi in ecclesiam) quia nimis nimirum nemini sive Israelitae, sive Ethnico, sive legitimè nato, sive spurio intercluditur introitus ad auscultandum verbum DOMINI, multò minus alicui cuicunq; expressè obstruitur via ingrediendi per fidem in regnum cœlorum. Id enim omne quam alienissimum sit ab affectu & mente DEI, in primis infra c.
30. exaudiemus.

XII. In Hebraico בְּקָרְבָּן significat in convocationem seu congregationem, unde introire in congregationem necessariò nihil aliud est, quāni personam principalem vel officium publici magistratus gerere in convocato aliquo cœtu.

XIII. Excluduntur igitur 1. Eunuchi, qui sunt attriti vel amputati testiculis, (quemadmodum tunc temporis impia, & primæ institutioni conjugij contraria castrandi masculos consuetudo invaluerat,) adeoq; ij omnes, quotquot insigne corporis incommodo laborant, idq; propter duas causas, 1. quod isti castrati animo reddantur muliebriore, cum in primis in muneris publici administratione constans & fortis animus requiratur. 2. quod ex illa ratione (idq; vitio hominum malignantium) officium ipsum vilescere apud plures incipiat, cum tamen plurimum intersit, ut qui prælunt officijs publicis, autoritatem insignem habeant.

XIV. 2. Nati de scroto & spurijs, quia laborant vilitudine & ignominia familiae; deinde, quia officium per se gravissimum etiam ipsi exponunt despectui & contemptui hominum, deniq; quia isti subditos obedientes non experiuntur. Satius igitur est conjugalis honestatis rationem habere majorē, nec præbere ansam vel licentiam extenuandi stupra, qui in etiam iterum satius est illi magistratu ob generis honorē & honestatem retinere autoritatem apud subditos, qui cum bono publico gubernare cupit!

Quid sit ingredi
in Ecclesiam
Deut. 23.

Officijs politie
publicis in politie
Mosaica non
aperte.
Species pro ge-
nere posita.
Eunuchi.

Spurij.

Noi ex vitiis.

Consanguineorum que ratio in distribuendis officiis habenda.

In ecclesia Moysaea quinam in epiti ad officia ecclesiastica.

XV. 3. *Ammonita & Moabite* licet essent ab Abraham patriarchæ patruo Lothro oriundi, idq; propter innatum gentile & perpetuum odium in Israelitas, quorum sine dubio exitia essent quæsturi, propter crudelitatem & inhospitalitatem in eodem exercitam, item propter diras increpationes per Bileamum conductas, deniq; quod æternæ saluti Iudaorum struxerant insidias, prostitutiis filiabus à quibus ad idolatriam solicitabantur Num 25. *Negquam igitur publicis officiis digni sunt, qui sunt omnibus nos ex blasphemis in DEV M, ex contemtu & violatione Sabbathi, ex maledicendi consuetudine, ex furandi, scortandi, mentiendi libidine, ex odio erga partem aliquam tubitorum, ex avaritia & sordibus, ex inhumanitate erga peregrinos, & ex similibus, quin potius eligendi, qui sunt ex virtutibus honestissimè conspicui. Deut: 1.13: Date notos ex tribubus vestris.*

XVII. Idumæos tamen ab Esavo exortos, qui erat frater Iacobi, ad publica officia exaltare licitum erat, tanquam consanguineos, sicut idem hodie quoq; permisum est, modò, quod plerumq; fieri solet, digniores alij non postponantur, modò non conspirationes inde resultent, quibus malas causas suas tueantur, & alios meliores votorum pluralitate vincant. Qua de re, *Bon enim gevatteren Raht / und einer gevatterter Ganzley / dahero die Herren verderben / vnd die Ge rechtigkeit aufs stelzen muss gehen / lege Osiandrum super E/a. 5. ver. 18.*

XVIII. Similes rationes habent ea, quibus Levit. 21.17. & seqq. ad officium Ecclesiasticum in politia Mosaica indigni perhibentur, nimisq; in quibus fuerit macula aliqua, hoc est, deformitas, item cæci, claudi, simo vel parvo naso, grandi nimis naso, seu torto, item qui sunt pede fracto, manu fracta, vel labefactata, item gibbos, lippi, albuginem habentes in oculo, jugilaborantes scabie, aut impetagine, herniosi, exectis

exectis testiculis, ex quibus omnibus personalibus plebs poterat
ansam capere deridendi ministerium, item tales non omnia officij
membra ritè peragere poterant.

XIX. Quos omnes cum à sacris muniis arcere placuerit
DOMINO, procul ambiguo non sine gravissimis causis,
cur non multò magis ab iisdem hodie repellerentur, qui allegori-
cis istis maculis, nempe infaniz, ruditatis, indiscretionis, vitæ
inhonestæ, arrogantiæ, libidinum, hæresis, hypocrisis, & simili-
um laborant, de quibus lege Chytræum super hunc locum
Levitici.

XX. Et si autem hodiè quoq; Ecclesia corporis vitii & na-
taliū obscuritate aut levitate non detestabiles libertius eli-
git & suscipit ministros: tamen si quando cernit, corporis de-
formitatem animi splendidissimis donis recompensatam es-
se à natura, ut loquuntur Ethnici, hoc est, à DEO ut loqui-
tur scriptura; tum nè hos etiam omnino negligendos esse sta-
tuit in distribuēdis sacris præniciis, propter illud Exod. 4.11.

XXI. Porro iudicare solebant in populo DEI primum.
Indices inferiores in portis urbiū, ut appetet Deut: 17.8. &c 21.
19. & 22.15. Ruth: 4.1.11. Prov. 22.22. & 31.23. quæ loca ab
omnis fraudis & corruptionis suspicione sunt liberiora, &
tum divitibus, tum pauperibus, tam peregrinis quam incolis
accessum patentiorem & faciliorem præbent.

XXII. Hæc de inferioribus magistratibus postquam ex
fine c. 16. egimus, nunc de superiori magistratu Iudaico ex
c. 17. videndum erit.

XXIII. De superioribus magistratibus in populo DEI si
queras, indè ab initio mundi nulli erant, quia ubiq; penes lo-
los primogenitos, aut qui iisdem substituebantur, familiarium
desidebat gubernatio politica, & summa vindicta erga noxios
poena tum erat excommunicatio, id quod exempla Cain,
Chami, Hagar comprobant.

Omni tempore
officis publicis
inepti & indi-
gni.

Deus defitum
corporum sep-
donis anime
compensas.

Solebant in po-
litia Iudaica in
feriores judices
judicare in
PORTIS.

De superioribus
magistratibus in
populo DEI.

In

Nimrodus po-
tens venator co-
ram Domino.

Sanctissimi viri
in populo D E I
antiquo sub regi-
bus, sive tyran-
nis admodum,
vixerunt.

Deus Israeletas
regibus ademit,
sibi, in peculia-
rem populum e-
legit, submersis
Ægyptis ubi
terra plena vi-
duis facta fuit,

Sanbedrim seu
sanctissima sum-
ma justicia.

XIV. In reliquis enim sese illi inferioribus gerebant
æquales & inferiores sponte sese, non coacte, propter ordina-
tionem DEI istis vicissim subiectebant, donec Nimrodus omni-
um primogenitorum, quos subiucere potuit, dominium adeptus sibi
imperium primus Monarchicu & violentum venditavit, adeoque
potens coram D E O venator factus est, quasi habens impe-
rium in bellus Gen. 10. 9.

XXV. Tunc igitur sub Nimrodo, postea sub successori-
bus Nimrodi severis & superbis, vivendum fuit populo DEI,
id quod historiæ Biblicæ testantur, donec tandem omnibus re-
gibus potestatem in Israelitas ademit D E U S, eosque sibi in po-
pulum selegit, & eorum factus est rex, cuius vicarium in deserto
egit Moses Deut. 33. 4. qui & ipse alios sub sese milenarios,
alios centenarios habebat, quorum aliqui parvas aliqui ma-
gnas decidebant causas.

XXVI. Quatam diu duravit ratio sub Iosua & Iudici-
bus, non sorte, nec seditione, nec hereditaria successione, sed
in periculis divinitus electis, donec regem sibi humanum peti-
verunt, & ut ante ita post regem in civitatibus milenarios &
centenarios Mosaicos representarunt ipsi Senatores, paucio-
res in urbibus minus frequentibus, plures in frequentioribus,
omnes, ut dictum est, seniores aut qui istis propter causas su-
pra dictas substituebantur.

XXVII. Ut autem omnium urbium Senatores & reges
ipsi Iudaici in dubiis causis haberent, unde interpretationem
& decisiones peterent, constitutum insuper fuit synedrium
magnum seu Consistorium supremum D E I iussu Num. 11. 16:
& seqq: ex L. XX. & aliquid amplius Senioribus tanquam o-
ptimatibus I. Reg. 12. 6. partim Ecclesiasticis, partim politicis,
Deut. 17. 9. 2. Par. 19. 8. æqualiter electis ex omnibus tribu-
bus, secundum Rabbi Salomonem, quod perpetuum fuit in

illo populo usque ad Herodem Ascalonitam teste Iosepho.
XXVIII. Id judicabat in illo loco, ubi erat arca DOMINI. Deut: 27. v. 8. 10. 12. & quidem vel secundum scriptum verbum DEI, vel secundum resonsum, quod in difficultimis ex ipso DOMINI ore inter duos Cherubim ex propitiatorio accipiebant. v. 9. 10. Exod. 25. 22.

Deus ex arce medio dedit responsa.

XXIX. Caussæ disceptandæ h. 1. & 2. Par: 19. indicantur, inter sanguinem & sanguinem, hoc est, de homicidio, inter cauam & causam, hoc est, de furto, rapina, jurgio, opprobrio, inter plagam & plagam, hoc est, de percussura, vulnere & aliis violentis læsionibus & morbis corporis, immo de quibus vis ceremonialibus, forensibus, doctrinalibus.

XXX. Qui non parebant sententiæ summi Sacerdotis & judicis, hoc est, Synedrii, morte multabantur, nimirum quia divinis constitutionibus scriptis, vel etiam DEI responso ex arca foederis dato parere nolebant.

Contradicentes synedrio morti adjudicantur, cur?

XXXI. Ex hac commemoratione duplia eliciuntur corollaria, generalia & specialia.

Generalia capita de ordine magistratum politi- corum.

XXXII. In genere 1. quod populus sine capite sit omnino quasi corpus Polyphei post effosum, quem habuisse finitur, oculum unum, adeo ut magistratu ordinario ægrius carere possit, quam Sole & alimentis. 2. in magistribus eligendis, quantum per consuetudinem vel alia decreta licet, spectandas esse conditiones virtutum & sapientiae. 3. iudicandum esse tantum ex præscriptis Legibus ad verbum DEI & æquitatem examinatis. 4. Etiam incredulis & infidelibus magistribus obtemperandum VSQVE ad ARAM. 5. Magistratus esse vicarios DEI, ideoq; ipsis omnia ad gloriam DEI, ad conscientiam propriam, & ad Ecclesiæ publicæq; tranquillitatis emolumentum dirigenda esse. 6. in dubijs petendas esse sententias à peritoribus, ut nunc sit in Scabiatibus & aulis magnatum. 7. pro re nata in dubiis non

B

tans

*Specialia de ju-
diciis Israeli-
rum summa.*

*Satan D E I
modus veluti si-
mia emulari so-
litus.*

*Sanbedrin Isra-
elitici summa
ministerij &
celebritas.*

tantum politicos, sed etiam Ecclesiasticos consulendos. g.
gravissimè peccare, qui sententia legitimè & rite vereq; pro-
nuntiatis fese opponunt.

XXXIII. *Specialia sunt.* 1. *quod in politia Mosaica sy-*
*nedrium magnum constabat ex personis partim Ecclesiasti-
cis, partim politicis Hodiè perinde est, quod summa synedria,*
tantum ex politicis personis constant, modò quod probe, probè,
probè inculcandum est ut qui hodiè in Scabinatibus aulis &
Cameris summis iudicant politici, simul sint D E V M verè
timentes, nec Sacra scripturæ ignari, sed quām optimè periti
in eadem. Hodiè autem Synedrii Hierosolymitanī vice
fungitur in Imperio Romano Camera, in Galliis Parlamen-
ta &c.

XXXIV. 2. *Quod in politia Mosaica D E V S ipse inlo-*
co illo quem ipse vivâ voce denotarat & elegerat, ut & voce
quādam ex arca inter duos Cherubim emissa maximè dubi-
os casus dirimebat. Etsi verò Satanæ idem in oraculis Eth-
nicis æmulabatur, tamen quantum discrimen inter responsa
D E I & Diaboli fuerit, disputatione 3. & 7. enucleavimus.

XXXV. 3. *Quod decretis Synedrii fese* *opponentes mori-*
ti adjudicabantur, siquidem vel expressæ & scriptæ constitu-
tioni D E I, vel ejusdem voce ex arca fœderis exaudite con-
tradicerent. Hoc pacto tuebatur D E V S dignitatem hujus
sacri Scabinatus, non tantum pertotam Iudæam, sed per to-
tum orbem terrarum tum temporis notissimam.

XXXVI. Hodiè *beneficæ & magi nobiliores* in obscuris
angulis balbutientes & ineptissimè præsagientes, tamen per
quinquaginta ducenta & ultra millaria germanica inqui-
runtur. Quid putas tunc factum esse, in istis illustrissimis
patefactionibus divinis?

Atq;

Atq; ex his tribus specialibus alia tria emer-
gunt, nostris temporibus apprime utilia. 1. *Iniquissimum esse*
Pontificem Romanum, qui non modò Synedrium suum ex
Cardinalibus contextum cupit agnoscere pro Synedrio totius
Imperi Romani, non tantum quantum hodiè est, sed quan-
tum olim erat, verum etiam extra Europam per totam A-
siā & Africā, ubi tamen parum obdientia vel nihil ipsi pre-
statur, imò etiam hodiè per Americam, quam Regum quo-
rundam conniventia sibi rapuit, idq; præter, extra &
contra verbum D E I sine speciali institutione, quam nunquam
alligabit, ut ut siq; Constantini donationem extollat.

Intolerabilis
Pontificum Ro-
manorum pro-
tervix qui sece-
Domino orbis
terrarum superi-
ores & summos
dilectores esse
tingunt.

2. *Impientissimum esse Pontificem Romanum*
qui ex fida illa omni plenitudine omnis potestatis super uni-
versa regna mundi ut Satanas *Luc.* 4. 6. decreta de politicis
negociis & de articulis fidei condit ex cerebri sui tripode,
etiam διαρρήσην pugnantia cum expressissimo verbo divino,
& postea excusatur à suis Gnathonibus, ut Gregorio de Val-
lentia t. 3. pag: 303. quod quicquid Pontifex determinaret, id
suggerente S. Sancto tanquam legitimus pastor, ac proinde
ex Pontifica autoritate infallibiliter determinet.

Exercenda Pon-
tificum Roma-
norum malitia
quod sumunt si-
bi autoritatem
condendi decreta
obligantia con-
scientias omni-
um & singulo-
rum hominum.

3. *Impientissimum esse*, quod Pontificis Ro-
mani adulatores, ut Piggius ad decretum Constantiense, sen-
tentiam Deut: 17, tanquam ad merum & mixtum concilio-
rum imperium sine ulla limitatione vel exceptione ita ac-
commodant: *Facies quodcunq; dixerint tibi, qui praesunt Eccle-*
siae, sequere sententiam eorū, non declinabis, nec ad dextrā nec
ad sinistrā. Qui vero superberier nolēs, obedire Sacerdotis imperio
ex decreto judicis morietur homo, cū & usq; populus timebit: nimirū
ut testatur Chemnici part: 2. Concil: Trident: fol: 20:
ex punctis (ex textus serie) claululis, conditionibus, indica-

Insignis Ponti-
ficatorum mali-
tia.

Cur olim Imperatores & reges tantum tribuerint Pepe Romano prae ipsiensi, qui bodes nec adulani deimani obedientie partem muuantur.
Plenitudo potestatis politicae non debet adversus legens naturae seu DEI sepe extendere.
*VLTI MVM MEM.
BRVM capitiis Deut. 17.*

DEVS, & non homo erat rex Israelitarum.

bunt tibi judicij veritatem: Item Facies quodcumq; docuerint te juxta Legem Domini;

X L. Huius fulminis atrocitate, quamvis facta, Imperatores & Reges olim ipse Papa removit, & tyrannice omnium conscientiis in inculcanda traditionum impiarum lerna dominatus fuit, quod fulmen nos hodiè tanti facimus, quanti bullam prætoris ex insimo pago Germaniæ.

X L I. Sicut autem Pontifici Romano, ita omnibus Imperatoribus & aliis magistratibus hoc disto præscinditur absoluta potestas, quâ adversus verbum DEI, conscientiam & Leges Legi naturæ non congruentes aliquid decernere & exequi conaturi sint.

X L I I. Postremum membrum capituli 17. Deut: quod concernit, duo in illo tractantur: 1. prædictitur ingratitido Israelitarum, quod tandem pertæsi Regis sui, DEI, utpote, qui haec tenus ipsis imperitavit, sicut rex terrenus familiariter regit terrenos subditos, loco Dei regem sint petituri terrenum, quales inter Ethnicos haberi videbant. 2. ostenditur, quomodo DEVS contemptoribus sui istis connivere & quibus conditionibus tales ipsis regem terrenum indulgere velit:

X L I I I. Inestimabilis prærogativa fuit, quod DEVS Israelitas sibi in populu cooptaverat, cuius ipse & nullus homo esset rex: Deut. 4.32. & seqq. nisi quod in inferiorem ducem Mosem, Iosuam & Iudices quandoq; præficeret. Et quidem ut inter regem terrestrem, eiusq; populum contractus obligatorii tanquam species societatis ultrò citròque instituuntur, ita DEVS quoq; ipse pactum iniit cum his suis subditis Deut. 5.2.3.

X L I V. Quam fideliter promissis suis steterit DEVS, ex tota historia Mosis, Iosuæ & Iudicum appetet, sub quibus omnibus, res ipsorum quam felicissimè se se habuerunt.

Ecce

XLV. Ecce vero nunc prædictitur, quod tandem *i. Sam. 8.5.* cum Samuel ex postulant, Constitue nobis regem ad iudicandum nos, sicut omnes gentes. Quod quale factum fuerit, ex his quæ dicta sunt, & ex hoc quoq; *i. Sam. 8.7.* Domini responsa liquet; M E S P R E V E R V N T , ne regnum super eos.

*Israelites perturbati
Deo, regis sui,
poscent regem
hominem.*

XLVI. Inicio igitur diligenter est expendendum, quod hic textus Deuteronomij non pugnet cum illo, *i. Sam. 8. ubi Samuel jubetur audire vocem populi in omnibus & constituer regem super Israel.*

*Conciliatio duorum locorum.
Deut. 17. 14. Et cetera
ac i. Sam. 8.*

XLVII. Hoc enim in loco nec præcipitur simpliciter, nec conceditur simpliciter, ut eligant regem, alioquin enim populus non peccasset, *i. Sam. 8.* quando Deo rege abjecto, petunt regem hominem: sed prædictitur pervicacia Israelitarum, quod omnino sint aliquando in hanc delapsuri insaniam, de virtuoso rege homine super inducendo invisibili regi Deo.

*Inanes pretenses
tus Israelitarum,
cur vellent regem
hominem.*

XLVIII. Id quod confirmatum dature eo quod *i. Sam. 8.* unanimi consensu congregantur præcipui in Israel, id est, omnes seniores novandis rebus propensi & singuli forsitan honoribus istis inhiantes & occasiones qualescumq; proferunt, allegato senio Samuelis & accusata iniquitate filiorum, quos nunquam præmonuerant de correctione vita, & quod caput rei iniquissima haberi debet; allegata & petita morum & consuetudinum gentilium introductione, præscribunt Deo, ut ipsis det regem.

XLIX. Non exaggerabimus. Diabolicalam malitiam illam Iudæorum & ingratitudinem protot beneficijs non sat detestandam: illud Omnipotentie divine indicium dignum est, ut accuratius aspiciatur, quod hoc loco fermè trecentis annis prævidet & prædictit, non excitat & operatur omnes cogitationes, locutiones, modos, quibus regem petituries sent:

*Omnipotentie
divine testimoniū.*

L. Exempla alia eorum, quæ longè citius & diutius olim prævidit & prædictis de servitute Israelitarum in Ægypto, de Messia nunc præterimus, & saltem inde sperare jubemus omnes, nullam divinam quacunq; de re factam prænunciationem, atq; in specie vel illam adhuc nondum completam de extremo die, deq; præmiis & poenis æternis inanem fore, sed sicut omnia haætenuis prænunciata tandem certissime sunt secuta, ita ea ipsa suo tempore omnino in actum profrentur:

DEO omnia
loca & tempo-
ra, vetera, recen-
sia sunt presen-
tissima & pa-
gentissima.

Fatiorum cir-
cumstantiae eti-
am minima in-
scriptis annos
zate testentur de
omnisciencia
DEI sc.

LI. Ejusdem omnisciæ, cui simul & semel omnia præterita & futura quam præsentia uno actu constant & pa-
tent, præclarissimæ documenta sunt etiam historiæ sacræ aliæ, quæ quidem ante aliquot mille interdum, centum annos prius contigerunt, sed tandem ita per Mosem secundum o-
nones etiam minimas circumstantias memorantur ac si tum fuissent factæ & visa cum describerentur, ut quod aves descendente-
runt super sacrificium Abrahami Gen: 15.14. quod Abraham steterit sub arbore cum comederent ipsius tres hospites Gen: 18.8. quod Rebecca hydriam gestaverit super scapulam. Gen: 24.15. &c: Quæ fortassis nec Abraham amplius meminerit in altera vita.

LII. Huc pertinet quando in pælio tot vel tot interfici-
ti narrantur, quod semper certissimum fuisse, in nostris vero
bellis rarissime pro certo sciri potuisse credamus.

LIII. Omnia quippe DEO sunt prætentissima, non tantum omnium locorum, sed etiam temporum facta, dicta, cogitata. Id quod omnibus reverentiam & timorem DEI, fugamq; peccatorum exuscitet. Is enim olim piis omnes pietatis circumstantias, impiis impietatis æliorib[us] in men-
tem revocabit, cum utriq; utraq; jam dudum sepulta fuisse existimabunt.

LIV. Et illa DEI omnisciencia non satis cogitando
potest exprimi, cum in nobis etiam vivacissima memoria tamen

post

post annos 20. amittat ex sui cogitatione, quos antea carissimos
habebat amicos, ne dum alia.

L V. Hinc etiam nemo metuat, quasi D E V S ipsius in calamitatibus aut in sepulchro sit obliturus: nemo etiam iram & judicium ejus poterit effugere.

L VI. Porro cum omnino iniqua petitione sua à D E O petitiū essent regem Israelitæ, D E V S ipsis indulget, sed tamen certas determinat metas.

L VII. Etsi enim improbitatem nec excitat, nec vult, nec approbat, nec in se & per se considerat juvat, immo odit & execratur & punit, tamen quod adversus Diabolorum & malignantium minas atq; molitiones nos consolabitur, singulis temper & suo loco certos inssicit frenos, ne pro lubitu ruant.

L VIII. Permittit igitur Deus, ut regem eligat, sed hac prima determinata meta, ut eliant Israelitico sanguine procreatū.

L IX. Quo ipso monetur in magistratibus ordinandis præcipue spe standum esse consensum eorum cum vera Ecclesia in religione: Id quod notent iij, qui subinde Turcicum jugum Christianorum Imperatorum sceptris anteponunt, ignari tristissimorum eventuum, quod omni tempore istorum exterorum & paganorum imperiorum omnia ad religionem nostram senhū & penitus obfuscandum tendant.

L X. 2. In specie ne optimorum equorum, (qualibus Ægyptus abundabat. 1. Reg. 10. 28. 29.) parandorum gratia mittat subditos in Ægyptum, quia hoc itinere & ex hac mutua familiaritate & quod post egressum semper Ægyptios amarent facilimè idolatriam Ægyptiorum recipere possent, cuijam antea adeò assuefacti erant. Ezech: 23. 3. 18. 19. 21.

L XI. 3. Ne libidinibus indulgeat, & multiplicet sibi uxores, quia hoc pacto plurimi sapientissimi dementes & idolatrici sunt facti, ut testatur exemplum Salomonis 1. Reg: II. 1. 2. 3. 4. licet D. Lutherus in convivialibus cap. 36. de re Oeconomicâ interpretetur textum de cognatis ex tribu regia, quas aluerit coactus, & non habuerit nisi primâ etatis sua anno 18. deinde filiam Pharaonis, de nīq; in senectute tres Ammoniticas.

Solatiū ex provida omnisciētia & omnisciā providentia divina.

D E V S malis molitionibus metas praefigit.

Quibus conditionib; regem dei Judeis Dominus.

An sat prudenter & pie multi malint subesse Turce quam Christianis Imp.

Reges & Principes gynaecei promiscue se se non committentes

Nihil

Principes con-
tentii erunt me-
dioribus.

Principes alliga-
ti erunt legibus

Pij Principes &
p. subdit. sum
fratres.

Religio si abit,
nihil leges infa-
nitate politie so-
lidum conferent.

EX XVIII
CAP. DE V-
TER.

Partes cap. 18
Deut.

Summa primi
præcepti Deca-
logi.

LXII. Nihil de eo dicimus, quod ex gynecoꝝ multa pro-
diert consilia de cædendis insontibus & de similibus in
multisaulis.

LXIII. 4. Ne sit ad munera accipienda, unde omnis
generis iniusticia, nec ad expilaciones, ubi fastus & luxuria
vel sequitur vel antecedit, pronus, nec tamen etiam avarus,
omnia in suum reponens thesaurum, nihil ad scholas, Eccle-
siam, peregrinos & pauperes conferens, aut ad alios bene
meritos.

LXIV. 5. Ut unicè sestetur Leges scriptas in Deu-
teronomio, ubi doctrina de Ceremonijs, de contractibus ci-
vilibus, & picenis facinorosorum continetur.

LXV. 6. Ut studeat humilitati, nec superbè dominetur
fratribus suis. Sic enim habere & certo respectu nominare
debet subditos suos magistratus ipse, quos nimurum in re-
ligione habet ipso ψυφας.

LXVI. 7. Ut in omnibus vita actionibus verbum D E I
sequatur, quo pacto felicitatem & ipse & filii ejus divinitus
consequentur. Pietate enim stabilitur regnum, quod impi-
tate diruitur.

LXVII. Caput Deut: 17. cursu lampada tradit capitū
decimo octavo, quod partibus includitur quatuor. 1. de
stipendiis Levitarum. 2. de fugiendis divinationibus Eth-
nicis. 3. de magno Prophetā venturo. 4. de vitando &
puniendo Pseudopropheta. De prima infra: c. 26. agetur:
de postremo dictum fuit c. 13: de intermediis duobus, in hu-
jus disputationis parte restante dicetur.

LXVIII. In hisce igitur intermediis illustratur primum
præceptum Decalogi, quo præcipitur, ut demus operam, quo
noscamus & habeamus illum tantummodo verum D E V M
qui se in creatione, diluvio, item Patribus reliquis, & tot mi-
raculis in exitu ex Ægypto patefecit.

Id

LXIX. *Id quod sit quando D E V M tot illustribus illis modis revelatum & ipsius erga homines favorem & præsen-tiam & benefia vivaci & quotidiana constantiæ memoria retinemus, quæ fidei est ala prima.*

Fides quomodo
primo præcepio
inclusa in illo.
ME HA-BEBIS.

LXX. *Deinde 2. quando in ipsius verbo & operibus cum admiratione & cum exultatione nos oblectamus, ideoque in ipso tanquam uno vero summo, & perfectissimo be-no spem & fiduciam tanquam alteram & præstantissimam fidei alam collocamus (sicut amantes, sicut amici, sicut subditi, sicut liberi in ore & corde semper habent & gaudent optimâq; sibi potercentur ab illis & per illos, quos amant, diligunt, Dominos & patres agnoscent.*

LXXI. *Deniq; 3. quando timore non servili, sed amore filiali censuram reveremur ipsius, tanquam summâ boni, sicut illorum censuras humiliter veremur, qui in maxima sunt prudentia & bonitatis existimatione, ideoq; ipsos omnium actionum nostrarum judices libenter admittimus, immò propter ipsorum judicium, quod expectamus, cautijs ambula-mus.*

LXXII. *Quando etiam, 4. cum propter nœvos & errata in ipsius incurrimus reprehensionem & pœnam, patientia studemus.*

LXXIII. *Hæc omnia aliqui uno verbo vocant A D HÆ-R E D E O, & quam gravissimis peccatis adversus hoc præceptum deliquerint Chananæi, commemoratur in con-textu.*

Peccata Chan-anæi
neorum adver-sus primam ta-bulam Decalogi
& aduersus 1.
quæ fuit int.

LXXIV. *Primò enim dicuntur traduxisse filios suos & fi-lias suas per ignem. In cuius ritus expositione non omnia interpretum conspirant sententiae.*

Traducere filios
& filias per i-gnem.

LXXV. *Aliqui putant, quod illud sibi voluerit, tra-ducere filios & filias per ignem, nimirum quotidiè filios igne ex ara idolorum suffumigandos curare, sine dubio, ut hoc*

C modò

modo eos idolorum ipsorum cultibus per totam vitam amplectendis assuefacerent. Et hoc pacto exponit Guevara in horologio lib. 1. c. 23. quæ 2. Reg. 21. 6. de Manasse proferuntur, quod trajecerit filios suos per ignem.

LXXVI. Aliqui ut Lyra super Deut. 18. putant, illud significari, quod adhuc apud Tartaros in usu est, qui nimis credant omnia per ignem purgari, & sic circa homines extra nos ad Principem accedentes prius transire inter ignes, quod ipse nominant tustrationem, jubent. Itaq; sine dubio per ignem sacrum seu sacrificiorum ex sole accensum liberos transmiserunt ut sanctificarentur: Id quod & ipsum hoc fine fecerint, ut liberis amorem & favorem erga idola statim à teneris instillarent.

LXXVII. Aliqui, ut Pellicanus ex Rabbi Levi, hariolantur, quod traducere per ignem sit consecrare liberos servitio, idoli, adeoq; vel ad tempus, vel perpetuo cælibatui eosdem addicere, super illud 2. Reg: 16. 3. & 21. 6.

LXXVIII. De his igitur tribus modis accipiunt aliqui loca Sacrarum scripturarum 2. Reg. 21. 6. & 23. 20. 2. P. 1r. 33. 6. Ierem: 3. 35. Neq; negabimus, his tribus & forsitan etiam aliis pluribus modis Gentes & Iudeos idolo Moloch olim servisse.

LXXIX. Et confirmat hæc declarationes illud, quod Lev: 18. 21. traductio per ignem mediis scortationibus & adulteriis, tanquam scortatio & adulterium spirituale, reliquis omnibus magis de restabile, immiscetur.

LXXX. Alii deniq; ut Iudei, quorum sententiam commemorat Lyra super Levit: 18. & Hieronymus super Esaiæ c. 46. & Ierem: c. 7. ut & Pellicanus super eundem textum, Heidenus in Solyma lib. 7. c. 1. & alii existimant, omnino quosdam liberos etiam penitus fuisse exustos.

LXXXI. Moloch (inquit Lyra super Levit: 18.) erat idolum,

Etiā in Greco
habetur mētē-
baīgen.

Ignem sacrificio-
rum primo exili-
tus delapsus
tandem multi
divinis honoribus
voluerunt.

Forsitan etiam
notas externas
liberis inuaserunt
ut aliqui putant.

An aliqui liberi
à veteribus pla-
nō fuerint com-
busiti.

idolum cupreum ad formam bovis factum, interius concavum, & in illa concavitate fiebat ignis, quo usq; idolum esset, quasi ignitum & tum ponebatur puer inter manus idoli, & sacerdos tympana percussiens tantum sonitum faciebat, quod vox pueri morientis audiri non poterat, nè parentes compaterentur, sed magis crederent, animam acceptam à Diis in quiete, & sine dolore.

LXXXII. Addit idem super Levit: 20. frequentius loquascripturam de Moloch quam de alijs idolis, tum quod multi circa hoc fuerint, inclinati, crediderintq; quod extali puerorum oblatione consequerentur, quicquid postea vellent.

LXXXIII. Apud Ethnicos certè exurendi & comburendi liberos consuetudinem fuisse supra disputatione monstratum fuit, & ex Zwingeri theatro lib. 4. vol. 27. ¶ Humanavitime, luculentius animadvertisetur; præterea Sennacheribus D E V M, filiorum immolatione placaturus, ab iisdem interficitur, teste Reiseccio, tomo 1. Syntagmatis de Monarch. Chaldaic & Assyr: fol. 61.

LXXXIV. Huc referunt authores illud. 2. Reg: 16. 6. de Achazo, quod traduxerit filium suum per ignem secundum abominationes Gentium; hoc est, ut 2. Par: 28. 3. declaratur, quod combusserit filios suos, hoc est, litaverit humannis hostiis, ut Pfacherus exponit.

LXXXV. Ac eodem modo illud Jerem: 7. 31 V T COMBVRERENT filios & filias suas igni, explicat Hieronymus. Et quid pluribus? Psalmus 106. 37. 38. omnem dubitandi ansam præcindit, cum ait, Sacrificaverunt filios, & filias suas Demonii, & effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quos sacrificaverunt sculptilibus Chanaan & infectae sunt terra sanguine.

LXXXVI. Quibuscumque autem rationibus filios Moloch ad imitationem Gentium sacrificarunt, sive prioribus unde idolatrae evadebant filii & filiae, sive postrem, unde homicidae tetricimi simul & idolatrae fuerunt ipsi parentes facti, merito

תְּלֵךְ rex
scilicet idolo-
rum.
Causa eur alli-
qui suo liberos
exusserint.

Anno Christi
1500. in Ameri-
ca usitata fuisse
sacrificia huma-
na, ex auctoribus
recentibus de A-
merica constat.

Etiam Iudei
exusserunt libe-
ros suos.

*Maledictio su-
per eos qui tibe-
ros exusserunt.*

*Eccel, faciens,
consentiens, con-
nivens & non
puniens eque
puniuntur divi-
nitatis.*

Gebenna.

*Quis Deus fue-
rit & Moloch.*

*Origo exusionis
liberorum non
est factum Abra-
ham quod fratelli
micebatur man-
dato, nec ta men-
perficiebatur:
nee etiam Je-
phtha, qui filiam
non exufit, sed
calibatui manet-
pavite.*

experti sunt illud Levit. 20. 2. *Quicunq; è filiis Israel & peregrini-
nis qui peregrinantur in Israel, dederis de semine suo ipse Mo-
loch, moriendo morietur, populus terræ lapidabit eum lapidibus.*

LXXXVII. Et addit: *Ego namq; ponam faciem meam in
virum illum, & exterminabo illum è medio populi sui, quis de-
semine suo dederit ipse moloch, ut contaminaret sanctuarium me-
um & pollueret nomen sanctitatis meæ.*

LXXXVIII. Gravè aliud adjicit: *Quodsi abscondendo ab-
scundat populus terra oculos suos à viro illo, quem dat de semine
suo ipse Moloch, non interficiendo illum, tunc ponam ego faciem
meam in virum illum, & FAMILIAM EIVS, & succidam
eum & omnes qui fornicantur post ipsum, ut fornicentur post Mo-
loch, è medio populi sui.*

LXXXIX. Non injuria verò priores modos detestabilio-
res pronunciaveris postremo, quia *in hoc brevissimis horæ
minutis excarnificabantur liberi, in illis verò animarum fa-
lucem æternam amittebant.*

X.C. *Locus idoli Moloch datus fuerat in valle Ben, seu filii
Hinnom, qui etiam dicebatur Tophet à sonitu tympanorum
de quo in thesibu shis supra, undè tandem CHRISTVS locum
maledictorum & cruciatus vocavit Gehennam, & sub Mo-
locho idolo delituisse dæmones diapýndu dicitur Levit 21. 7.
Psal. 106. 7. 38 qui mendaces & homicidae ab initio fuerunt
& istas abominationes gentibus ac Iudæis persuaserunt.*

X.C.I. Pessimè autem decepti fuerunt in his quibus sine
dubio usi fuerunt vaticinationibus suis, si Deo placet vitulus in
holocaustū, multò magis filius. Sic enim ratio cultum divinum
ipsa sibi eligens in teterrimas incidit & horrendas impietates.
Cujus rei exempla nobis producunt diversissimi Monacho-
rum ordines, & tenebentes diversis temporibus excoxitate.

X.C.I. Evagrius lib. 23. c. 2. & Niceph: 14. 30. testantur Pa-
lestinae Monachos dierum quinq; & amplius ieiunio & labori-
bus

bus adeo semetipsostr attrivisse, ut mortuis essent simillimi, alios sese casulis inclusisse, adeo angustis, ubi non cubare, nec se trigerere poterant, alios cavernis ulos fuisse, alios radicibus utri solitos.

XCIII. Huc quod intimam vestem habent cilicinam & carnibus nunquam vescuntur *Carthusiani*, quorum multi ante tempus vitam hoc pa&to sibi abrupti sunt, multi ut *Camaldulenses* perpetuum prastant silentium, nudis pedibus incedunt, humili cubant per convales huc & per abrupta loca reptant, alij seu *Geneseri* seu *Flagellantes* circa annum CHRISTI 1254. & 1350. (ut hodierni *Capuzini*) gregatim eunt, vestibus se exuunt, superne umbilicotenus nudi, capite testo, ne agnoscantur, scutica nodosi humeros & peccus secant, & crudeliter se verberant, ut ex vulneribus & crebris ictibus liveant, sicque DEO sese expiatos putant.

XCV. Neq; est & fuit quovis tempore exiguis numerus adeo delirantium, quia tantum *Canoni corum regularium canobia olim 4555* in Europa, in Italia 700. fuerunt secundum *Polyd.* & *Volater*: unde cogitandi ansam capiamus, quantam hodie infinitam multitudinem seu ociosorum, seu maniacorum illorum reperire licet.

XCV. Certesicut sine scriptura & rationibus evidentiis hoc vitæ genus elegerunt: ira fustibus & virgis ex castellis expellendi & in ordinem redigendi erant; idq; magistratus politici virtute & autoritate.

XCVI. Perinde faciunt qui olim Moloch de semine suo dederunt, & qui post tot admonitiones hodie genus illud vitæ amplecti suos & suas vel iubent vel connivendo permittunt, vel non prohibent vel non dissipant speluncas illas, cum possint.

XCVII. Levitici 20. 5. facientes & non prohibentes isdem preciis implicantur, cajus negotii latiorem explanationem infra habebimus.

C. 3

Dein-

ibidem
Monachorum.

Flagelliferi, &
bodierni Capu-
zini

Magnus nume-
rus omni tempore
a prima inven-
tione eorum qui
ebeatoe esse
deletiatur.

Faciens & con-
sentiens.

Otto species ido-
latriarum , quas
exercerunt
Chananæi.

1. Divinantes
divinationes.

2. Hariolantes
ex meteoris.

3. Augures.

4. Prestigiato-
res.

5. Incantantes
incantationes.

XCIIX. Deinde adjiciuntur alia idolatriarum & abominationum, Diabolcarum, quas Chananæi Ethnici frequenter exercuerunt, species octo, quæ non nisi ex diligentis vocum Hebraicarum consideratione & quidem cum exemplis alicubi in texibus sacris collata declarari poterunt.

XCI X. In prima nominatur, קְסָפֶת קְסָפֶת Kosem Kelamim, divinans divinationem, & quis sit ille habendus, ex illo Mich. 3. 6. Erunt nobis tenebra pro visione, concluditur, nimis, qui sine Physicis causis vaticinatur futura, quasi divinas de iisdem visiones & revelationes accepisset: sive si at vaticinatio ista per verba, sive per imagines in Crystallis, speculis, annulis, unguibus &c. exhibitas, utring; diabolo invitationi vatis obtemperante & materiam sermonis quæ sit vel specierum visilium expetitarum suppeditante.

C. In secunda מְנוֹנָה Meonen / derivatus ab interpretibus quibusdam ex נְבָב obnubilavit, unde nubium descendit nomenclatio נְבָב potest definiri, qui ex tonitrubus & fulminibus hariolatur: in tertia שְׁנָנָה נְחִשָּׁה auguratus est, in græco redditur οὐρανός ubi οὐρά avem denotat, erit ille, qui ex alitu volatu & cantu vel tripudiis, rerum futurorum indicia capit.

C I. In quarta חַבְרָה propriæ putatur esse prestigiator, qui ope diabolorum species visiles oculis astantium quo ad colorem & magnitudinem, &c. objicit alias, quam quæ ex naturæ non impedita actione & veritate revera sese iisdem insinuantæ fuissent:

C II. In quinta חַבְרָה chober chaber, incantans incantationem, qui certis rhythmicis verbis, quibus nomen DEI & signum crucis miscetur, & aliis characteribus, herbas, animalia, hircos, gallos, ligna, cibra, secures, specula, libros, radices, & alias res operationibus hyperphysicis, non ijs propter quas divinitus sunt conditæ, consecrat & destinat Diabolo seu per prestigias seu revera procurante, quisquis sequitur, effectum.

Ideo

m &
ci fre-
genti
xem-
osem
lus, ex-
ditur,
quasi
ive fi-
stallis,
lo in-
uasiti

pre ti-
escen-
bus &
us est,
, erit
futu-

iator,
uo ad
ex na-
in insi-

ns in-
DEI
s, ani-
os, ra-
opter
abolo
uitur,
Ideo

CIII. Ideo antem canendi vel cantandi nomen habuit
hac species, quia ad rythmum recitabantur adjurations & e-
vocationes Satanæ, ne, quod extra carmina & cantus plus
quam facilius fieri solet, error committeretur. In evocando
enim errantes & hallucinantes verberibus excipere servos su-
os solitum fuisse dæmonem, ex magorum veterum & recen-
tium relationibus habemus. Serio enim à suis coli voluit ipse
quoque.

CIV. In sexta בָּנָה school ob, rogans spiritum, qui in
laguncula aut utre adjuratus præbet inde responsa ad quæsti-
ones propositas: & quidem modo per os obcessi, modo ex ob-
cessi pedibus, dorso, pudendis, sapè sermonc peregrino & ob-
cessi penitus signo: græcis dictus εγγαρεῖνθο.

CV. In septima נְבָעַת ubi in græco dicitur περιπονόν, qui res præter communiorē naturæ ordinem in celo, aere, plantis, animalibus, sacrificiis prognatas futurorum eveniūm præsignificationes esse profitetur & exponit.

CVI. In octava denique Νεργουάντης, qui certis ritibus & sacrificiis animas mortuorum evocat ac de secuturis percon-
tatur, licet animæ mortuorum revera non queant revocari. Quicquid autem horum factum fuisse legitur, id omne quo-
modo Diabolis ascribendum veniat, postea monebitur.

CVII. UT AVTEM APERTIVS videant o-
mnes, qualē cultum Diabolorum Chanani exercuerint,
post vocabulorum qualē cunq; interpretationem ostendendum restat, quānam ineptiā singulis speciebus idolatriæ
istius subjacerint.

CVIII. Ad primam igitur pertinuerunt, qui multa vel
manifesta habuerunt fœdera cum Diabolis, ut fuerunt o-
mnes, quotquot oraculis Ethniciis procurandis præfuerunt
Sacerdotes, qui rerum amissarum, furum, adulterorum, ho-
mocidarum, locorum, ubi laterent, imagines exhibuerunt,

6. Pythones

7. nigromæ-
ni.

Negrumætrœus,
corrupte nigro-
mentici dicit,
unde omnes me-
gi postea appel-
lari seperunt
Schwarz-
känsler.

1. Exemplis va-
sicinantium ex
pacto initio cum
Diabolo.

ope

ope Diaboli in crystallis, speculis, poculis, aqua repletis, annulis, unguibus, securibus, aere &c.

*Cur in crystallis
sep̄ hominum
dorsa & non fa-
stem monstreret?
Dæmon.*

*Mul̄i innoen-
tes in judicis
imperitorum af-
fliguntur.*

*Ethnici ex
fulminibus vati-
cinia captarunt.*

*Prestigia de-
monum intermi-
scuntur ubi v.*

*Auguriorum
exempla.*

CIX. Id quod *interdum* præstare potuit Sathan, quoties præcedentibus actionibus ipse interfuit, vel de iisdem aliquid ex sociis suis percepit: *interdum* tamen obvertit in speculis hominum dorsa, quia nec vidit nec ex sociis Dæmonibus facta vel auctores accepit.

CX. Item sapenumero, quod experientia docuit, in gratiam interrogantium innocentes monstravit & suspectos reddidit, unde cautos decuit esse judices, præsertim in beneficiis dijudicandis, quod sapenumero ex hac futili & falsa suggestione Diaboli mulieres pias & nequaquam reas in pericula incidisse constet.

CXI. Ad secundam attinuerunt, qui fulgura & tonitraua confulebant, num vel in leva parte sive boreali parte cœli aut impari numero intonuissent, num ex ortu emissâ, cœli circumactu, in eandem partem rediissent, num nubibus excusâ à terra resiliissent, & crebris in sublimis signibus fulsissent, num fulgura in dextram à sinistra emicuissent, utrum vero ab occasu increpitassem, aut per septentrionem in occasum transcurrissent, aut parti numero desisissent, quicq. ita ex usitate fulminibus & fulzuribus vel sumمام felicitatem à Diis vel diras calamitates sibi & alijs portendebant. Sep̄ Dæmon in auribus ipse sonos similes tonitrubus excitabat, & eventu quem præcivit, illa complebat, quæ exposcebantur, ut hoc pacto religionem illam suam inter Ethnicos sartam tecum confirmaret.

CXII. Ad tertiam spectarunt, qui eventum prænunciabant ex avium, ut picarum, corvorum, noctuarum volatu, garritu, pastu, ex pecorum quorum agmina Spartani secum hoc fine in bellum ducebant, colore, lacte, catulis, voce, pastu, congressu, accessu, ad locum sacrificii, morte, extis, &c.

Sic

CXIII. Sic sine his nihil superstiosi Chaldaei aggrediebantur, nisi prius pullos hanc ad rem enutritos emitterent è caveis, & ex iis, cum pulte cibarentur, varia observarent. Si non exibant, vel nimis tardè vel tandem non comedebant, vel cum strepitū palmarum respuebant alimenta, vel recurrerabant, vel avolabant (prout à Dæmone agitabantur) tum à misericordia omnia negocia suspensa vidisses. Toto autem genere ab his distare novimus, quando mutationem aeris, adventum duci, æstatis, hyemis, ex avium &c. motibus, cantu, volatu quandoq; prædicunt Physici.

CXIV. Ad quartam referendi fuerunt Magi Pharaonis *Exod: 7. & seqq. cap: 1* qui omnia similiter fecerunt, sed *Opus opere*, sicut appareret ex eo quod tandem pedicularum species seu *Phascolias* in oculis Ægyptiorum producere prohibentur.

CXV. Quibus similes sunt, qui adhuc hodiè ostentant imagines gallitrahentis ingentem trabem, ex dæmonis oculis spectantium præstringentis auxilio, cum verus gallus nihil nisi filum straminis ore suo gestet, unde pii talibus spectaculis interesse non debent, item cum amnis retrosum fluere, terra moveri, nubes pelli, ventus excitari, Luna cælo deduci videtur, cum noctu per aërem sele ferri, cum Diabolis saltare, convivia agitare multi & multæ somniant, cum singunt se mutari in feles & lupos, putant se posse tempestates veras progignere, & sedare, pro lubitudo suo, cum imminentes saltem ipsis indicentur à Diabolo, cum sapè alter in hypocausto vident atrum canem, alter nihil.

CXVI. Ad quintam accensendi fuerunt, qui per incantatos hircos absentem & cunctantem sponsum domum redire compeliebant, id quod interdum fiebat *Opus opere*, interdum revera Dæmone ex permissione divina hominem promovente, sicut etiam apud Theocritum maritus revocabatur dominum per incantata mīngem.

D Item

Physice predicationes conceisse.

4. Magi Pharaonis non revera exhibuerunt miracula, sed fuerunt præfigitores.

Adhuc vñitate præfigitores.

*Curationes &
procurationes
multarum rerum
magico.*

*Sep̄ in uno in-
dividuo concur-
runt aliquot fe-
cies idolatrie.*

*Quomodo de-
mon posset bu-
mores misere-
&c supra osten-
sum est disputa-
tione quinta.*

6. Pythones.

*7. Chaldei, su-
perficiis Astro-
logi.
Jerem: A signe
caeli nolite me-
suere.*

*Non esse ibenda
sunt remoris
causis que pen-
dunt ex propin-
guis.*

CXVI. Item quando morbos pecorum vel hominum, impotentiam coeundi &c: curabant adjurationibus & incantationibus, nimirum cum desinebant ipse ledere & nocere Diaboli, ut ita sanare putarentur: sicut incantationibus & aliis infra vel supra limina positis & defossis, quia per se non sunt venenosas satis, ulcera tabifica in hominibus vel brutis, odia & amores procurabant, ubi Diabolus efficiebat ea ex pacto, secundum primam speciem, quae incantator ipse imprecabatur, sicut ille exclamabat, Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

CXVII. Interdum quidem veneno nocebant, sed illud propriè non est magicum verum alio respectu malitiosum.

CXVIII. Interdum hoc pacto mortem pecorum & hominum causabantur DEO indulgentē: interdum in legem erucas & pulices in animalia & similia infecta cogebant, Dæmonibus vel reverād facientibus, vel iterum Quæquieras ludentibus.

CXIX. Ad sextam referendi fuerunt nimis multi in locis oraculorū Ethniconum, à spiritu maligno fatidico occupati, quales erat Pythonissa in Endor. 1.Sam: 28. 7. & altera Alt. 16. 16. habens spiritum Pythonis, quæ magnum quæsum præbebat Dominus suis divinando.

CXX. Ad septimam computati fuerunt Chaldaei, qui omnium ingeniorum, voluntatum, inclinationum, actionum, contractuum, conjugiorum, liberorum, divitiarum, paupertatis, felicitatis, infelicitatis, hora mortis, generis mortis, annorum ætatis, itinerum rationes ex dæmoniæ quoq[ue] Zodiaci, & ex constellationibus reddebat, sine respectu omni ad DEI vel remunerantis, vel punientis quosdam providentiam, sine respectu ad voluntatis humanae libertatem à qua multa prodiere, quæ falso astris ascribabantur, nedum respectu ad causas alias, ut quod multi fuere furaces, quia gravidæ matres furtis auctilibus delectabantur, quod Tiberius & Caligula secundum

Ioan-

Ioannem de Lacerda in lib. de mulieribus exhibulis & crudelibus nutricibus bibacitatem contraxissent & crudelitatem, non ex astris.

CXXI. Veram astrologiam ut sanz Physiogia partem, quæ sese intra τὸ δυνατὸν & intra τὸ χρήσιμον tanquam duas optimas metas continet, in medicina, in quotidiana valetudine curanda, in ὁἰκονομίσι, agricultura, piscationibus, re pecuaria &c. magnum usum habentem calculo nostro non stringimus.

CXXII. Hujus classis fuerunt & sunt Zigani, colluvies hominum quorumcunque ex variis nationibus ad sese diffugientes recipiens, & de quæstis futuris vaticinans, vel ex manuum inspectione, vel ex aliis non Physicis planè inepto modo.

CXXIII. Hujus classis fuere, qui quævis somnia fatidica, pronunciarunt, & imprimis illi qui victimarum pellibus inclusi & addelubra idolorum dormientes talia somnia captarunt. Voluit nimis Simia Satan D E U M emulari, qui Iacobo, Iosepho, & Pharaoni hoc pacto eventura, revelabat. Vbi iterum Physica somnia suis relinquimus estimanda doctoribus, de promiscuis vero non immerito usurpamus illud Ecclesiaste c.s. Vbi multa somnia ibi multæ vanitates, tu vero time Deum.

CXXIV. Huius item classis fuere sortilegi, qui 1. extra casum necessitatis & 2. suspicionis 3. sine consensu partium, 4. credentium sortes à regi D E O, vel sine precibus, ubi D E O nihil præscribitur, & 5. sine data præmissione, quod in eventu acquiescere vellent, ad sortitionis censuram confugerunt, cum scilicet res dubias consilio & deliberationibus præmissis expedire potuissent. Verbi causa, qui hac ratione voluerunt autores criminum clam designatorum investigare, quo pacto multis sine dubio innocentes perierunt.

adonouy tam
aplova varo
mucin
Veræ Astrologie
limites.

Zigani omnium
nationum pre-
sertim vicina-
rum nobis collu-
vies.

De vaticina tio-
nibus ex somnis.

Sortes que pro-
hibita, que &
quibus condicio-
nibus permisse.

*Jonas quomodo
sorte reus depre-
bendatur.*

*Sortes quando
adhibenda.*

*Inepitissime ine-
pietie in eligendis
uxoribus, quas
consilio prae-
dento eligere de-
bet.*

*t. Species vati-
ciniorum ex
moriuis.*

*Samuel revoca-
tus ex morte per
Pythonissam quo-
modo.*

*Quomodo D E-
S odio profe-
quatur & puni-
at reuerses &
renses idolatrias*

CXXV. *Etsi autem hac in parte itidem peccarunt Ethi-
ni ci Iona 1. tamen propter singularem causam D E V S e-
ventum mirabiliter moderatus fuit, & Iona ipso confite-
te in apicum produxit veritatem.*

CXXVI. *Alia ratio est, cum in hereditatum distributione
& in designandis Ducibus & primis invasoribus oppidorum op-
pugnandorum ad fortē descenditur, ne alteri plus quam al-
teri, vel favore vel invidere vidantur, aliqui distribuentes ha-
reditatem seu munera illa bellica.*

CXXVII. *Quid igitur sentiendum sit de doctissimis viris
Thrasybulo Cursenero & de Petro Kesselerio in uxores sibi eligen-
tibus, quamcumque primam quisque in via sua sibi esset habiturus ob-
viam; quemcumque ille pauperem bonam, hic verò mendicantem
acepit istiusmodi, à qua superbe & inhumaniter tractatus
fuit, apud Zuing: vol: 29. § Delectu incerto, ex his ipsis que-
libavimus, à quibuslibet satis estimabitur.*

CXXVIII. *Ad ultimam spectarunt, quotquot quæsive-
runt futura ex mortuorum spiritibus, quos peculiaribus cere-
moniis, oblationibus & precationibus exciere solebant: nimi-
rum Dæmones secesserant sub forma & imagine mortuorum, ut
quos optimè in vita noverant & observaverant, & exprimere
poterant, statura, vultu, voce &c. Huc propriè pertinet exemplum
Pythonisse revocantis Samuelis imaginem ope Diabo-
lica ex inferis, ut putabat ipsa verè 1, Sam: 28.*

CXXIX. *Huc pertinuerunt nocturna spectra, apparitiones
spirituum, quæ sub Papatu contigerunt, ubi conquerebantur sub
nomine animarum de purgatorii cruciatibus & missis pro
fesse aut alia fieri postulabant: quo ipso pateo in immensum
amplificata & latissimè propagata fuerunt superstitiones &
idolatriæ Pontificia plura.*

CXXX. *De his igitur idolatriis universis & singulis duo
DOMINVS pronunciat 1. quod sint abominationes & delux-
ua*

Eths
S e-
tente.

tione
m op-
m al-
s hæ-

viris
igen-
us ob-
ntem
tatus
s quæ

efive-
cere-
nimi-
m, ut
ere
xem-
labo.

tiones
ir sub
s pro-
fum
nes &
s duo
eloy-
ua

pe, seu quod vult Hebraica origo, talis res putida, putrescens, fœtida, quam (ut nec homo putredinem) D E V S ferre nequeat. Ecce quād diversum sit iudicium D O M I N I à iudicio nostro. Abominale vocat & judicat ipse, quod ratio nostra leve & ridiculum esse putat.

CXXXI. 2. Quod propter has abominationes ejiciat ipse Chananzos à facie sua, seu ut L evit: 18. 25. 28. & 20. 20. habetur, quod eosdem terra evomat, sicut os & ventriculus cibos putidos receptos statim rursus evomit. Ergo nullum est dubium, hodiè quoq[ue] bella, incendia & similes calamitates universales, quibus hominum cœs & bona evomuntur & in nihilum redduntur, esse panas tum aliorum peccatorum, tum idolatriarum ejusmodi aduersus primum praeceptum.

CXXXII. At inquires, quid ista magni nominis pœnas merentur, cum nullius negotii sint ipsa delicta: sed attentius quos rem considera & videbis quād plurimum detrahant ea providentia divinæ, cum vel casu quævis contingere, vel ex solis hominum & Diabolorum molitionibus fieri existimant, ideoq[ue] in dubiis & desperatis non apud D E V M, sed & apud Diabulos vel apud solas alias creaturas auxilium & consilium quaerunt stolidi & insipientes homines.

CXXXIII. At, rursum inquires, quid istis admonitionibus hodiè opus esse censueris, cum inter Christianos jamdudum ea omnia evanuerint.

CXXXIV. O utinam res illa se se hoc pacto haberet. Sed primum consule domesticam fermè quamvis experientiam, deinde lege D. Lutherum super 1. praeceptum in tom: i. Lat: Witeberg, justè conquerentem de illis, qui conceptis verbis & certis signis neverunt consecrare, id est, execrari gladios, telas, bombardas & omne ferrum, ne ab illis sive in bello, sive alias ladanatur, de veneficiis, quæ infantes ægrotos mirabilibus modis, benedictionibus & adjurationibus &c: vel quotidie, & ubivis

Heo pœni vo-
lunt agnoscere
& pateti.

Objetio: levia
sunt, ex somnis,
volatu avium,
exq. similibus
vastinari.

Objetio 5.

Refutatio.

Experientia o-
mnium locorum,
& horarum
monstrat, etiam
bodie multa ido-
latrica ex Cha-
nanis & alius
Ethnici idola-
tria inter Chri-
stianos reliqua
reperi.

In concionibus.
etiam idolatria
bastens exposi-
ta sapientaxan-
da.

E X . XVIII
DEUT. DE
M AGNO
PROPHETA.

Magnus Pro-
pheta in Deute-
ronomio est nul-
lus aliis nisi so-
lus Christus.

Contextus capitis
XVII. logui-
suv in genere de-
multa futuris
Prophetis.

curant, litteras certò die scriptas de collo suspendunt, qui certis si-
gnis pecora à lupo, peste, igne, aqua volunt servare, qui ignes &
aquas volant adjurare, qui dies Aegyptios observant in profecti-
onibus, in reditu, in negotiis, in uestibus, novis induendis, qui ba-
ptizandis pueris verbenam, caseum & alia alligant, in curationi-
bus ter circa domum currunt, & in numero spem auxilij collo-
cant, qui domesticos habent & familiares lares, qui prorsus cum
Damone faetus inueniunt, & quid non suppeditatura est quotidiana
experientia, Desino: nimis multa praxis quotidiana
monstrabit reliqua superesse ubivis apud plurimos ex veteri
idolatria.

CXXXV. Hi autem quomodo & quoties corrigendi sint,
præter illas objurgationes jam recitatas & usurpandas, di-
putatione quinta diximus.

CXXXVI. Nunc ad locum alterum intermedium capit is 12.
Deut: descendimus, ubi promitti DEVS, se Prophetam è me-
dio Israelitarum suscitaturum, quem debeant audire, juxta o-
mnia que postularunt in Horeb, & se requisitetur ab eo qui
illum Prophetam, in cuius ore verba sua D O M I N V S po-
suit, non audierit.

CXXXVII. De quonam Prophetam hic locus Deuteronomii sit accipiendus, S P I R I T U S S A N C T U S inter-
pretatur ipse Act: 3.22. & 7.38. atq; ex sermonibus Samari-
tanorum Iohan: 4.42. & alibi nimirum Iohan: 6.14. ex sermo-
nibus 5000. cibatorum facile colligitur.

CXXXVIII. Ac quia etiam C H R I S T U S ipse dicit,
Ioh: 5.46. Mosen de se vaticinatum esse, sine dubio hic textus
principem locum in toto Mose obtinebit. Sed videamus ipsius
membra ordine.

CXXXIX. Primo omnium à vers. 15. usq; ad finem capit is
prædicuntur & promittuntur Israelitis Prophetæ multi in
genere, quales etiam plurimos tandem acceperunt, scilicet
extraordinarios ministros, doctrinæ, & morum reformato-
res,

res, sub quo tamen multitudo dinis & varietatis Prophetarum prætextu multi falsi sese insinuaverunt, ut aperte hoc loco innipitur, sub finem capit. 1.

CXL. Deinde promittitur in specie Propheta secundum ea, quæ petierunt à IEHOVA in Horeb, in die congregatio-
nis, dicendo, Ne addam audire vocē IEHOVÆ DEI mei, neq;
ignem magnum istum videam amplius, (scilicet, ut hactenus vi-
di) & moriar.

CXLI. Duo enim petierunt à DEO in monte Horeb 1.
nè tum DEVS amplius per se, sed per Mosen ipsos alloquatur
Exod. 20. 19. id quod etiam ab illo tempore in deserto factum
fuit. 2. ut Prophetam de genere sua & de fratribus suis, mediator-
rem inter DEVM & homines tam insignem, sicut tunc erat
Moses, ipsis suscitetur. Deut. 18. 15.

CXLII. Ex occasione igitur prima petitionis profluxit
liberalissima pollicitatio, quod DOMINVS Prophetas subin-
de a puto eos sit excitatus, qui 1. per visiones, dum aliquid
Prophetæ corporalibus oculis objicitur eventurum, 2. per
figuras in somnijs visas, dum imaginaria, ut nos in somno & so-
mnio percipimus, futura monstrantur, 3. perq; similes re-
velationes internas, ut per ænigmata, ubi aliud videtur, aliud
significatur. 4. per familiare alloquium DEI, ex ipso spiritu
omnipotenti veritatem de futuris sint accepturi, & patefa-
ctari Num. 12. 6. 7. 8.

CXLIII. Plurimum autem discriminabantur Sacerdotes &
Prophetæ, siquidem Sacerdotes semper sibi invicem succede-
bant, in cathedris ordinariis docebant, sed Prophetæ successi-
one aliqua non eligebantur, verum extraordinarii erant, ita
ut interdu longo tempore nullum haberent Prophetæ Iudei.

CXLIV. Præterea Sacerdotes omnes nō nisi ex tribu Leviti-
ca ordinabatur, sed Prophetæ interdu erant ex aliis tribubus, ut
Daniel ex tribu Iuda Dan. 1. 6. neq; etiā Prophetæ sacrificia re-
liquaq; administrabat, sed pro téporū corruptionis doctrinæ,
morum

Capite XVIII.
Deut. VNV'S
INSIGNIS
Propheta predi-
citur, Christus.

Duo, Judei in-
monte Horeb a
DEO petie-
runt.

Quomodo prima
petitio Israelita-
rum in Horeb
fuerit divinitus
exaudita..

Differentia Sa-
cerdotum &
Prophetarum in
veteri instru-
mendo.

morum, calamitatis imminentiarum aut finiendarum ratione ad docendum, carpendum tum Reges tum Sacerdotes & plebem & ad prænunciandum mittebantur.

CXLV. Deniq; ordinariis Sacerdotibus nihil erat proclivius, quam errare & labi: Prophetæ verò ab omnibus naviis in doctrina prorsus erant immunes: Ibi etiam sustentabantur ex publicis: hivero nequaquam item.

CXLVI. Sub his igitur speciosissimis conditionibus, quæ Prophetis magnani conciliabant autoritatem, apud omnes populos, omnino multi gloriae cupidi & rerum novandarum avidi aut principum gratiam captantes 1. Reg. 22, sese Prophetas mentiebantur, qui quomodo cognoscendi, vitandi, & puniendi fuerint ex Deo: 13. & ex fine hujus capituli monstrarum fuit disputatione 4. & 7.

CXLVII. Ex occasione secundæ petitionis quæ à priore omnino est diversa, Propheta magnus, qualis fuit ipse Moses, cum quo reliqui nulli adeo conferri rectè potuerunt, ipsis prædictis & promittitur.

CXLVIII. Et quidem Moses hic magnus Propheta intelligi nequit, ut pote qui non expectari poterat, cum ipsis jam dudum fuisse datus & prædictus: de alijs præter *Mosen & CHRISTVM* itidem accipi non potest, quia nullus unquam fuit tam insignibus modis conferendus, cum Mose ex omni Prophetarum classe, atq; solus Christus, Mosen tamen infinites superans.

CXLIX. Hanc sufficientem & validam partium remotionem cum videant hodierni Iudæi à nostro Messia abhorrentes, locum hunc ipsum de Iosua successore Mosis interpretantur, idq; expresse contra veterem propriam ipsorum traditionem, qua reconsentur à Galatino de arcana Catholicae veritatis lib: 8. c. 7.

C L. Summa igitur hujus posterioris petitionis fuit, cum

Quomodo se-
cunda petitio Is-
raelitarum in-
monte Horeb ex-
audita fuerit
DEO.

Magnus Pro-
pheta Deut. 18
non est Mo-
ses aut aliis qui-
vis vulgaris
Prophetas.

Magnus Pro-
pheta Deut. 18
non potest esse
Iosua.

vidarent per tonitrua & fulgura, per nubem decessimam super montem totum sumantem, per clangorem buccine intentissimum, per commotionem totius montis ardoris & sumantis Exod: 19. omnibus Legum decreta non servantibus morte intentari, quod mox eodem momento Moses cum tota congregazione Israel & tota congregatio Israel una cum Moysi petierit a DEO, ut ipsis juxta priscas promissiones Adæ, Abrahæ, Iacobo & alii patribus toties repetitas venturum Messiam maturaret, quem omnes Moysi ipso longe sanctiorem & perfectiorem futurum sciebant, quem Moses ipse amicus DEI, populi fidelissimus impensissem & in momenta non desiderare non poterat.

CLI. Quin immo cuiuslibet esto judicium, anno rem acu tangent interpres quidam super hac verba Exod: 4, 13. mi Domine mitte queso citio quem mittes, (in quibus Moses impeditorem & tardiorum linguam suam prætendens alium eloquentiorem & aptiorem ducem egredientium ex Aegypto designari petit,) qui putant, hoc ipso etiam loco Exodi. 4, 13. petisse Moten de CHRISTO statim mittendo & operi educationis ex servitute Aegyptiaca præficiendo, siquidem cum is ab exordio mundi fuerit expectatus a sanctis omnibus, tanquam verus liberator gentis Israeliticæ, ut nimivum is jam tuin citio perfecta liberatione oppressis in Aegypto occurreret, si placeret DOMINO, & populum ex tyrannico jugo eriperet IPSÆ & non aliis.

CLII. Sed audiamus descriptionem istius magni Prophetæ huic gravissimo loco Mosaico insertam.

CLIII. Primo igitur omnium promittitur Prophetæ (scilicet post Adami & Sethi & Noach & Semi lineam Gen: 3, 15. & s. & 11.) de gente Iudaica & de fratribus istius gentis, hoc est non ex aliarum gentium, nisi ex Israelitarum sanguine & semine procreandus & prodeundus Gen: 12, 3. & 18, 18. & 22, 18. Act: 3, 25.

Occasio, & causa,
cur petierint
Messiam in Ho-
reb Israelite.

En Rom. 4, 15.
lex iram opera-
tur, Galat. 3, 24.
pedagogum in-
Chriftum.

Moses, etiam
antea petit Mes-
siam mitti, qui
sui loco portus
populum libera-
ret ex Aegypto, e-
gredientem præ-
cedere, & in-
terram promis-
sam introduce-
ret.

MAGNVS
Propheta nasci-
turus ex gente
Israelitica, non
ex alia.

C L I V. Id quod nequaquam in illam interpretabimur partem, quasi **D E U S** tūm solos Israëlitas olim sibi Ecclesiam delegerit, præteritis reliquis gentibus omnibus, tūm propter singularem aliquam pietatem & sanctitatem hujus populi ex eiusdem semine Filium incarnari voluerit.

C L V. Nam superioribus disputationibus planissime probatum dedimus, singulis seculis inde ab initio mundi vocationem **D E I** ad salutis æternæ donum gratuitum percipendum fuisse universalem, deinde apud Matthæum cap. 1.5. in serie genealogia **CHRISTI** aliquod semen gentium credentium expressè intermixtum reperitur, in Rachab & in Ruth.

C L VI. Principalis causa electæ gentis Israëlitica, ex qua nascetur **Messias**, est, quod toti mundo proponere voluit D O M I N V S certum locum, in quo una cum Scripturæ divinæ deposito S P E M & D E S I D E R I V M illud gentium quæreret, expectaret, amplecteretur Atq; ita secundum Christum salus ex Iudæis est **Iohann. 4,22.** ita Israëlitarum est adoptio, & gloria, & fœderatio Legis, & constitutio, & promissiones, & patres, & iij ex quibus **CHRISTVS**, quoad carnem, secundum Apostolum **Rom. 9,4,5.**

C L V I I. Deinde iccirco etiam ex stirpe certa promittitur magnus ille Propheta, ut certum esset, Messiam nobis hominibus quoad carnem per omnia æqualem excepto peccato futurum. Idq; afferendum est adversus hæreticos, qui negarunt **CHRISTVM** ex semine David natum, qui sine vera carne phantasticum hominem. **CHRISTVM** apparuisse somniarunt, qui delirantes docuerunt, **CHRISTI** carnem de cælo per uterum virginis tanquam radium Solis penetrasse.

C L V I I I. Hos omnes refutat locus Mosaicus, monstrans magnum illum Prophetam fuscitandum de medio fratrum suorum, & suffragatur novum instrumentum, **Matt. 1,16.** quod sit

Prima causa cur
Christus debuerit ex una certa
stirpe Israëlitica
nasci.

Altera causa,
cur Christus debuerit ex certa
una stirpe, Israe-
litica nasci.

Caro Christi vere
ex Maria virgi-
ne desumpta fuit.

sit EX Maria genitus: v. 20 quod sit IN ea genitus: & Luc. 1,
31. dicitur Ecce CONCIPIES IN UTERO: & v. 35.
NASCETVR EX TE. & v. 42 FRVCTVS VEN-
TRIS MARIÆ, nimirum ut habet prima promissio Gen:
3,15. SEMEN mulieris &c.

Christus SE-
MEN mulie-
ris.

CLIX. DEINDE talis promittitur magnus Propheta, in cuius ore posturus sit DEUS verba sua, ut loquatur ea, in nomine suo (DEI;) quia de causa ejusdem contemptum ipse quoq; (DEVS) ab omnibus sit requiriturus. Id quomodo fa-
quam fuerit, novi instrumenti Scripturæ elucidabunt.

MAGNVS
Propheta habet
verba DEI po-
sitæ in ore suo.

CLX. Sic enim Baptista inquit de ipso Ioh: 3,34. Is, quem misit Deus, verba Dei loquitur Ioh: 5,19. Amen dico vobis, non potest Filius à se ipso operari, nisi viderit patrem operantem, qua-
cunq; enim ille facit, hæc etiam Filius pariter facit. Ioh: 6,38. de-
scendi è cælo, ut faciam non voluntatem meam, sed voluntatem
eius qui misit me. Ioh: 8,26 Ego que audiri à Patre hæc loquor in
mundo, & v. 38. Ego loquor quod vidi apud Patrem meum.

Quæ verba po-
sitæ fuerint
ore Messie.

CLX. Iam vero si verba Scripturæ hue usq; commemo-
rata accommodaveris ad dicta & facta CHRISTI, talia
ea fuerunt super quibus tanquam singulari modo divinis,
homines percellebantur Matt: 13,54. Marc: 6,2. Luc: 4,22. si-
quidem omnibus ad omnia interrogata appositissimè & suf-
ficiensimè respondebat, omniumq; ora obturabat Luc: 2.
47. Matt: 22, 22. 33, 34. 46. id quod in omnibus controversiis so-
la Scriptura & vox patris, nulla vero nulla, nulla unquam ratio-
nis humanae quantumvis subtilissimè excogitata & compre-
hensa præstabit argumentatio.

Verba divina
singulari modo

CLXII. Ac de miraculis ejusdem etiam perspicuæ &
apertæ extant testificationes: Ioh: 9,31,32. & 11,45, & 12, 42. &c;
& alibi sæpius, ut pote ex quibus miraculis seu operibus irre-
fragabiliter convincebatur & convincitur, esse hunc Pro-
phetam magnum in una eademq; persona DEUM & ho-

Opera divina
singulari modo.

minem, Ier: 23. 6. Osee: 13. 7. Rom: 9. 5. 7. Tim: 3. 16. adeoq; duas illas naturas divinam & humanam in illa persona unitas à christis & adiutoriis adversus Nestorianos & Calvinianos, & argentis & aoroyx utris, adversus Eutychianos & Schwenckfeldianos, atq; ex illa unione consecutam communicationem idiomatum non verbalem, non Physicam sed personalem seu realem, adeo ut caro ipsa sit ditata omni potestate, scientia, omnipresentia, & reliquis divinae majestatis magnalibus. Es. 9. 6. 7. & 11. 1. 2. Dan: 7. 13. 14. Matth: 11. 27. & 18. 20. & 28. 18. Coloss: 2. 9. Ioh: 3. 3. 4. ut infinita veteris & nova Scriptura testimonia alia, nunc pretermittamus.

MAGNVS
Propheta pro-
missus longe an-
te suam incar-
nationem extitit.

Illustrissimum
veteris instru-
menti testimoni-
um pro astrarun-
da Trinitate.
Quid A N-
GELVS Es.
et fuerit, qui po-
pulum ex Egy-
pto eduxisse scri-
bitur.

CLXIII. Is igitur hoc ipso in loco promittitur magnus Propheta, definito suo tempore apparitus in carne, qui jam antea cum Patre & SPIRITU SANCTO, ut nunc altius non assurgamus, populum suum ex Ägyptiaca servitute liberaverat & eduxerat Es. 63. 7. 8. 9. 10. 11. quod Esaiæ illustrissimum num est. Veteris Testamenti pro Sacro/antica Trinitate astrarunda Testimonium, repetens argumentum beneficii educationis ex Ägypto, & expressè nominans, DEVUM seu IEHOVAM. Angelum faciei ejus & 3. Spiritum sanctum ejus.

CLXIV. Ethi autem negari non potest, innumerabilia creatorum Angelorum agmina interfuisse educationi ex Ägypto & promulgationi Legis in monte Sinai. Ad: 7. 5. 4. Galat: 3. 19. Heb: 12. 22 tamen eruditè versum 19. in 14. c. Exodi ponderat Reuchlinus lib: 3. Cabala, & querit, cur non sicut alibi scribatur eo in loco Mallach Elohim, sed Ha Mallach Elokim, præfixa nimurum nota & peculiari signo magna rei: *Iste angelus DEORVM seu Angelorum*, vel ut nos communiter loquimur, *Ille angelus angelorum*.

CLXV. Scilicet illud factum est, quia in historia egressus fit mentio plurium personarum divinarum, quam unius. Exodi enim 3. Angelus (scilicet illius qui ipsum misit) in rubo appetat

apparet, qui Moſen alloquitur & ad Pharaonem ablegat, qui
aīt, SE tanquam verum DEVM cum Patre mittente videndo
vidisse afflictionem populi in Egypto, SE exaudivisse gemitus &
ſuspiria Iſraelitarum tanquam SVI populi, SE descendisse ut li-
beret eos, & aliquoties addit, SE eſſe DEVM patrum, ſcilicet
DEVM Abraham, DEVM Iſaac, & DEVM Iacob. Id quod
nunc per species & exempla revelationum aliarum in quer-
cubus Mātre Gen: 18. in campo Samariæ Gen: 28. quod pote-
ramus, non declarabimus.

C L X V I . Ridiculum autem est, quod Photiniāni
ſingunt Angelum creatum ſtetiſſe in medio rubo mutum &
ex illo locutum fuiffe DEVM ipſum. Ecce tam firmum fuit
hoc pro diuinitate filij argumentum & diſcūlum, ut Sommerus a-
liud quod responderet non habuerit. Sed hoc ipsum de quo nunc
egimus, ex Exodo repetit & celebraſt Iſaiā c. 63. de eodem An-
gelo, quod ipſe tanquam increatus, ſed miſſus olim salvos fe-
cerit Iſraelitas, & quod ipſe non propter amorem & mandatum
alterius, ſed propter amorem SVVM, & propter indulgen-
tiā SVAM eos redemerit, portaverit & tulerit cunctis
diebus ſeculū.

C L X V I I . Quibus iplis (ut in eadem historia eductionis
ex Egypto permaneamus, tanquam in typo liberationis ex spi-
rituali Egypto per CHRISTVM facta, ad quam locus Deut:
18. imprimit spectat) aſſentitur Apostolus. 1. Cor: 10. Ne ten-
temus CHRISTVM ſicut quidam eorum tentarunt, & à
ſerpentibus ignitis perierunt.

C L X V I I I . Necelariò autem ſubaudiendum eſſe no-
men CHRISTI in posteriori membro, nè tentemus CHRI-
STVM, ſicut quidam eorum tentarunt, ſcilicet CHRISTVM,
ex proximè antecedentibus & conſequentiibus patet, ubi nun-
quam aliud repetitur in posteriori membro, quod non fue-
rat prius in priore aſſumtum. Sic enim inquit Apostolus:

Qualis Angelus
alloquitur Mo-
ſen ex. rubo.

Quomodo An-
gelus nominar ſe
Deum patrum
Exod: 5.

Sommerus An-
geli trinitarius quid
repondeat ad
refutationem Ex-
od. 3. pro diu-
nitate Filij Dei.

Propheta ma-
gnus Deut. 18.
propter nihil ali-
ud promiſſiur,
quam propter filii
trinitatem libera-
tionem totius
mundi.

Nè concupiscamus, sicut quidam eorum concupiverunt, nè idolatria efficiamur, sicut quidam ex ipsis in cultu vituli vel idoli aurei ex sacrificiis pacificis idolatricis manducabant, bibebant, circuagavitulum ludebant: neq; fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt. Nec murmuramus sicut quidam eorum murmuraverunt.

CLXIX. Iam igitur quæ esset illa illatio. Ne tentemus CHRISTVM sicut quidam tentarunt, scilicet DEV M: adeo ut cogantur necessariò nobis largiri hanc consecutionem, Nè tentemus Christum, sicut quidam eorum tentarunt Christum in deserto. CHRISTVS enim DEVS præcessit castra eorum, interdiu in columna nubis, ut deduceret eos per viam, noctu vero in columna ignis, ut luceret eis. Exod: 13.21, 22. Huc illud Num: 14.4. Tu ô IEHOVAH eras in medio populi, oculo ad oculum apparebas, tu ô IEHOVAH, nubes tua stabant super eos, & in columna nubis AMBVLABAS ante eos interdiu & in columnâ ignis noctu. Item illud Deut. 1.32,33. Nehem. 9.12. Psal. 78.14. & 105.39. ac congruit pulcherrimè cum educatione cx spirituali servitute per CHRISTVM peracta, ubi CHRISTVS verè est] Lux mundi, Ioh. 3.19. & 8.12. & via Ioh. 14.6.

CLXX. Ecce igitur magnus Propheta hoc in loco promissus non est alius nisi ipissimus Messias Jesus Christus, atq; hunc non aliud intellexerunt ipsi Iudei, id quod apparet ad verbum Ioh: 4,25. ex verbis Samaritanæ, Scio quod Messias veniet, qui dicitur Christus, quem venerit ille, nobis annunciat omnia Item Ioh: 6. Hic est verè Propheta ille, qui venturus erat in mundum.

CLXXI. Hic queratur aliquis, qui fiat quod tam ægræ & tam pauci ex hodiernis Iudeis Prophetam magnum olim in specie sibi promissum recipient & honorent.

CLXXI. De Iudeis hodiernis nominatim illud queri deber, aliam enim mentem erga ipsum habuerunt veteres Iudei quam plurimi, siquidem Act: 2.14. 22. 41. in prima concione Petri ad Chrsiti confessionem pervenerunt ter mille capita Iudaica uno die & Act: 6.1.7. multa

Qui in columna
ignis & nubis.
præcessit Israeli-
tas, non fuit crea-
tus, sed in creatus
Angelus, nimi-
rum bio MAG-
NVS Pro-
pheta.

Christus ut in-
veteri testamen-
to in igne & nu-
be præcedit, ita
in novo est lux
& via.

Celeberrima fama
de venuro & o-
mnisio Messiae
sempre inter Ju-
deos & gentes
vegata fuit.

Veteres Iudei
catervatim con-
versi, & bode-
sub Ethnicorum
censu & genere
babiti.

multa turba Sacerdotum & Act: 21. 20. aliquot millia Judæorum credunt.

CLXXIII. Huc pertinet quod Eusebius lib: 4. c. 6. quindecim Christianos Episcopos Hierosolymitanos numerat, ab Apostolorum ætate, usq; ad Judæorum vastationem, quæ temporibus Adriani accidit, qui omnes ex circumcisione fuerunt.

CLXXIV. *Siergo ex 70. animabus descendantibus in Agyptum intra spaciun 216. annorum, circiter animæ 2000000 ex Agypto tandem exentes progenetaræ sunt: utiq; multo magis ex tot millibus Judæorum credulorum jam nominatis intra hos 1600. annos Christi ingens credentium exercitus prodit, qui omnes Judæorum nomine ab eo Christiani vocari aeoq; Christianis Ethnici commicerūt, ut de hodiernis plerisq; Christianis Asiaticis & aliis, difficulter pronuntiare queas, utrum ex Ethnici an ex Judaicis majoribus primitus provenerint singuli.*

CLXXV. *Sic factum verè fuit ovile unum Ioh: 10. 16. quia pastor unus, & in hac vera consideratione verè simul ascendunt nunc ad montem Dei Judæi & Gentes, & verè implentur omnes aliae similes Prophetiaræ.*

CLXXVI. Verum nimis multis animum adversus Christi fidem obfirmasse, hodiernorum superstitionis & incredulorum turbastatum facit, i. qui in Patrum suorum erroribus perseverare, quam veritati locum dare malunt.

CLXXVII. Postea sunt aliae tres causæ ex parte Christianorum, quas explicat alicubi D. Lutherus.

CLXXVIII. *Pecind enim notum est, sub Papatu à Theologis præcipue hanc gentem promiscue convitijs propter usuras & occisionem Christum, propter infantulos Christianorum occisos obrutam & alijs modis inhumaniter & tyrannicè admodum tractatam, addo etiam bonis spoliari permisssam fuisse, sæpen numero pervarios prætextus, cum omnino recolere decuisset, quod de ipsis habet Paulus Rom: 9 imò quia selectissimus flos Christianorum præsertim primorum est ex Judæis, ut supra monstratum fuit.*

CLXXIX. Sed si Apostoli qui & ipsi Judei fuerunt tam in humana niter tractassent nos gentes, haud dubie aut panici aut nulli ex gentibus ad Christum conversi fuissent.

CLXXX. *Deinde ac in primis in confessio est, Judæos traditos fuisse*

Plurimi Judei veteres conversi nomen Judæorum amiserunt, Christianis dici cœperunt, ut hodie omnes Christianos ex Ethnici primius descendisse, asserere nemo queat.

Quatuor causæ eur pauci posteriores Judei convertantur.

In libro de Iesu Christo ex semine Abrahe nato. Non omnibus impurandum est, quod faciunt ali qui saltum.

Dotti non indo-
cti, & præsertim
egregiè in V. T.
versati sunt qui
volunt conver-
tere Iudeos.

Jesuuita Indes
in Americo-
convertos ad ef-
figiem Marie
& ad similitudinem
legare solebant,
quod miseri illi
effuse ipsi ride-
bant.

Ecce Lustero
Iudæos ex Ve-
teri testamento
docendi & con-
vincendi Iudei
ficus Paulus
Act. 26, 22, ita-
vinuit, quod ni-
bil doceat extra
ea que sunt in
Mose & Pro-
phetis.

De qualibet er-
go verbo oiciose,
& de qualibet
enalo opere olim
sio quoq; redden-
de erit retio.

Vicini Iudeos
dotti viri quid
sentare debeant
& quomodo.

fuisse hactenus Monasticis fraterculis ante baptismum cathechizan-
dos, qui frigidissime eos literam tantum symboli Apostolici & ro-
faria Mariae & iter ad Hispanum Jacobum, item obedientiam Ro-
mana Ecclesiæ debitam ex decretalibus Papæ docuerunt, quia mi-
mirum & isti ipsi nihil didicerant Scripturæ sacræ, sed in Philosophicis
argutij consenserant.

CLXXXI. Quotus enim quisq; fuit, qui Christum eos ex Mo-
se, ex Prophetis, ex patrum suorum Abraham Isaae & Jacob promis-
sionibus docerent, quod fieri deberet, siquidem & nos hos fidei du-
ces amplectimur.

CLXXXII. Quando ergo considerarunt Judæi tot & tanta in-
scripturis tam claris verbis Israeli à Deo promitti & Monachos ni-
hil nisi humana commenta & nugacissimas nugas afferre, cedo qui
potuerunt ex animo converti, aut sibi satisfacere, aut tranquillis es-
se conscientijs.

CLXXXIII. Quidni verò aspirarent ad nostra (nam inter ipsos
quoq; boni sunt) si audirent nos promissiones patribus factas urgere,
fidem Abrahæ ab Apostolis tanquam maximum iusticia exemplum
celebrari, cum contraria si vident, in ipso limine resistant.

CLXXXIV. Tertiò accessit sceleratissima & impudentissima
vita Pontificum, Sacerdotum, Monachorum Scholarumq;, quæ o-
mnia genera hominum nullis moribus Christianis ullam scintillā
lucis aut ignis exhibuere Judæis, sed exemplis pessimis corda & con-
scientias eorum alienauit.

CXLXXV. Scil: illi Judæos culparunt quod siq; converterentur,
severò nō culparunt, quod eos siq; & impiè cōyererent. Sic lena-
docuit meretriciam & postea accusat puellam, quod non vivat virgo.

CLXXXVI. Cum ergo nobis redierit lux aurea Evangelii &
occasio non in Monasticis nugis, sed in Sacris ipsis Scripturis qua-
rendi & propagandi veritatem, utiq; omnibus doctis, præsertim
qui vicinas habebunt reliquias seminis Abrahæ, hoc studium in-
cumbet per mansuetudinem fraternalm & amicam, per informatio-
nem ex Scripturis Veteris Testamenti convenientem eruditam &
sufficientem, deniq; per exempla vita pia & honesta se se loertes
præbere & effigere, ut ex Judæis plurimi subinde, qui hoc pacto præ-
ordinati sunt, vocentur & veniant ad David regem suum, qui
pasca & servet eos in æternum.

F I N I S.


94 A 7382



5b.

VD 17

21,7.99 Pd.



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

8
7
6
5
4
3
2
1
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

Farbkarte #13

Ecclesiæ
as proli-
sq; am-
, cuius
dienti-
u Papa
octrina
ata, sed
Sur
lae sa
toru
Quæ
dispu
supra
D
ad se
ostris
aus
SIAM

O.

ΣΤΝ ΘΕΩ
Ex
D E V T E R O N O M I O

Disputatio IX.

- I. De Magistratibus politicis.
- II. De quibusdam speciebus idolatriæ.
- III. De Vero & Magno Propheta.

Ex 16. & 17. & 18. capp. Deut.

Ad cuius Thematæ

In Illustri Academia Wittenbergensi

P R A E S I D E

V V O L F G A N G O F R A N Z I O
S.S. Theol. D. & Prof. publ. Præpo-
sito itidem templi arcis

Respondebit

H E R M A N N U S V B E R M E I E R U S ,
Hannoveranus Saxo.

Die 26. Martij in templo artis Electoralis horis pomerid:

WITTEBERGÆ

Typis Cratonianis, per Ioh. Gorman.
M. D C. VIII.